

Pars. .V. **Ca. .I.**
 nō est: nisi forte de falsitate sua. **R** Amplius apparet ex hoc: quia quicquid credit ecclesia catholica ex articulis fidei sue: deo testificante hoc credit: quare etiam si erraret in aliquo: quod tamen impossibile est: non tñ ei esset imputandum: sed deo testificanti: secure ergo sola credit: q̄ deum sola testis habet credulitatis sue: & cuius credulitas non nisi deo imputari potest. **D**eclaratum ergo est ex his: quia huiusmodi fidei: solius deus veritatis: imo deus veritas testis est. **E**t cum etiam manifestum est: q̄ ecclesia catholica deo soli credit: siue credat per miracula siue credat per reuelationem. **G**eneraliter enim & in omnibus et ubiq̄ illi creditur: cuius testimonium creditur: quare manifestum est ecclesiam catholicā soli deo credere: fideiq̄ catholice solum ipsum esse datorem: & ideo esse veridicam per omnia: ac salutarem: quare omnem sectam contrariam seu contradicentem: sectam esse erroris atq̄ p̄ditionis. **A**mplius. **I**sta fides sola captiuat: & in seruitutem redigit omnem intellectum humanum in obsequium deo: ad credendam veritatem quam nō capit: imo cui naturaliter contradicit atq̄ rebellat. **P**rimum autē obsequiorum diuinorum est ipsius intellectus: quod non potest esse nisi quoddam credere: vt supra ostendimus: quare fides ista primum obsequiorum exhibet deo. **I**psa ergo est ex necessitate primum principium diuinorum principiorum atq̄ diuini cultus. **A**mplius. **I**psa est que intellectum qui utiq̄ caput humane mentis est: primo inclināt & incuruat: per obedientiam diuine auctoritati: ad recipiendam humiliter veritatem eorum que pertinent ad cultum & honorificentiam diuinam. **Q**uare prima veneratio & adoratio: hoc est: prima primi capitis incuruatio ad deum: & ad maiestatem seu auctoritatem diuinorum ex ea est. **I**psa ergo principium est primum diuine venerationis & cultus: & p̄pter hoc hic manifestum: q̄a credita eius siue apprehensa sunt ea: quorum apprehensio seu credulitas parit in credentibus affectiones: ex quibus est exterior: id est forinsecare operationum & obsequiorum diuini cultus:

De Legibus resumit: recapitulando que dixit de fide.

Pars Quinta. Caplm. .I.

Iam igitur expediuimus nos auxilio dei de his que proposueramus hic dicere de fide. **E**t declarauimus. **Q**uia fides vnō modo intentione: vna virtus est: fortificans intellectū humanum: cōtra infirmitatem seu debilitatem credulitatis rerum salutarium: hoc est: quorum salutaris & necessaria est credulitas